

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**PROGNOSTICA=||TIO IOANNIS LIECHTENBERGERS, QVAM  
OLIM SCRIB-||psit super magna illa Saturni ac Iouis  
coniunctione, quae fuit Anno M.CCCC.||LXXXIII. praeterea  
ad eclipsim Solis anni sequētis uidelicet ...**

**Lichtenberger, Johannes**

**Köln, 1526**

**Capvt tricesimvm tertivm**

[urn:nbn:de:bsz:31-160364](#)



## CAPVT TRICESIMVM TERTIVM

**S**igna eius quibus cognoscetur, hæc sunt et erunt. notulas nigras in corpore habebit, & fuscis uarietatibus aut maculis in dextro hypocondrio, ignine & foemore, dedecoratum corpus habebit, ex parte fortunæ in dextro cæli, atque in decima ab horoscopo collocatur, uerum ascidente utri usque effeminazione, erunt ad posteriorem corporis partem magis declinantes, aliud quoque in pectore signum præferer, ex signi parte in sexto Leonis gradu

## PROGNOSTICVM IOANNIS

reperta. Teste Formico hic propheta erit dijs & dæmonib⁹ terribi  
lis, signa multa & prodigia faciet. eius quoq; aduentū prauī dæmo-  
num spiritus fugient, taliq; morbo laborantes homines non ui uer-  
borum, sed sola sui ostensione liberabit. ex parte tamen regni in un-  
decima coniunctionis Anthonio de monte Vlmo auctore, nō sem-  
per opere exequetur ea quæ alijs facienda suadebit. Nam p̄æclarū  
habebit ingeniu, multarum q̄ rerum scientiam ac maximam sapien-  
tiā, in hypocrisi tamen mendacium s̄p̄ius loquetur, & cauterifa-  
tam habebit conscientiam, atq; Scorpionis instar huius coniunctio-  
nis ac eclypsationis domiciliij Martis, uirus & uenenum in cauda re-  
clusum aliquotiens effundet. Erit quoq; multi sanguinis effusionis  
causa, & quia Mars eius existit signator, apparet q̄ confirmare ue-  
lit Chaldeorum fidem, Messahala teste. Quanq; itaq; signa multa  
& prodigia dederit, iuxta tamen salutiferam Christi doctrinam mi-  
nime ei adhærendum erit, imò de illis esse uidebitur quos Christus  
futuros annūciavit, quēadmodū sacris literis à saluatore nostro pro-  
ditum reperiuit Math. xxiiij. Si quis uobis dixerit, ecce hic est Chri-  
stus aut illuc, nolite credere. surget enim pseudochristi, & pseu-  
dopropheṭ, & dabunt signa magna & prodigia ita, ut  
in errorem ducantur si fieri possit, &c. electi.

Ecce p̄ædixi uobis. Si igitur dixe-

rint uobis, ecce in deserto  
est, nolite exire.

ecce in pe-  
netralibus est, no-  
lite credere. hic est dominus  
noster Iesus Christus.

VIR GRISEVS ET CANVS HABENS  
crucem in manu, cui astant Papa, Impera-  
tor, Episcopi & literati induiti  
griseis cucullis.

Post hac



CAPVT TRICESIMVMQ VARTVM.



Ost hec alius propheta exurget in terra Leonis  
& in Romana curia prædicabit mirabilia. Ap-  
parebit sanctus & timoratus, subspecies sanctita-  
tis uitam Christiana examinare faciet. multos  
comburet igne. in corde suo habebit spiritum ma-  
lignum radicatum, qui eum sub quadam hypo-  
M